Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et aduene romani iudei et prose
liti cretes et arabes audiuimus eos
loquentes nostris linguis magnalia
dei. Stupebant autem omnes et mi
rabantur dicentes. Quid nam hoc
uult esse. Alii autem irridentes dice
tes quia multo plenisunt isti. Stans
autem petrus cum undecim apostolis ele
uauit prouocem suam et locutus
est eis. Viri iudei et qui habitatis ie
rusalem uniuersi hoc uobis notum
sit et auribus percipite uerba mea
Non enim sicut uos existimatis. hi
ebrii sunt cum sit hora diei tertia
sed hoc est quod dictum est per pro
phetam ioel. Et erit in nouissi
mis diebus dicit dominus. Effun
dam de spiritu meo super omnem
carnem et prophetabunt filii uri
et filie uestre. et iuuenes uri uisi
ones uidebunt et seniores uri somp
nia somniabunt. Etquidem super
seruos meos et super ancillas meas
in diebus illis effundam de spiritu
meo et prophetabunt. Et dabo
prodigia in celo sursum et signa in
terra deorsum sanguinem et ignem
et uaporem fumi. Sol conuerte
tur in tenebras et luna in sanguin
em antequam ueniat dies domini ma
gnus et manifestus. Et erit. Om
nis quicunque inuocauit nomen dni
saluus erit. Viri israhelite audite
uerba hec. Iheslum nazarenum
uirum approbatum a deo in uobis
in uirtutibus et prodigiis et signis
que fecit per illum deus in medio
uestri sicut uos scitis. Hunc definito
consilio et prescientia dei traditum
per manus iniquorum affixentes in
uiistis. Quem deus suscitauit solu
tis inferni doloribus iuxta quod im
possibile erat teneri illum ab eo. Da
uid enim dicit in eum. Prouidebam do
minum coram me semper quoniam ad
dextris meis est semper ne commoueat
Propter hoc dilatatum est cor meum
et exultauit lingua mea insuper et caro
mea requiescet in spe. Quoniam non
derelinques animam meam in inferno
nec dabis sanctum tuum uidere cor
ruptionem. Notas michi fecisti uias
uite. replebis me iocunditate cum fa
cie tua. Viri fratres licet audacter
dicere ad uos de patriarcha dauid
quoniam defunctus est et sepultus
et sepulcrum eius est apud nos usque
in hodiernum diem. Propheta igitur
cum esset et sciret quia iureiurando
iurasset illi deus de fructu lumbi eius
sedere super sedem eius. prouidens
locutus est de resurrectione christi quia
neque derelictus est in inferno. neque
caro eius uidit corruptionem. Hunc
iheslum resuscitauit deus. cui omnes
nos testes sumus. Dexterata igitur
dei exaltatus est. et promissione spi
ritus sancti accepta a patre effudit
hoc donum quod nos uidetis et au
ditis. Non enim dauid in celos ascen
dit. Dixit autem ipse. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis. do
nec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Certissime ergo sciat